

1433 sunt gesta, breviter explicabo, ut plane sciri possit, unde bellum sit Venetis postea cum Philippo in Gallia renatum. Implicaverat ille ab initio sui Pontificatus Eugenium domestica, ut dixi, seditione, unde sub belli Galli secundi exitum gravissimæ discordiæ domi forisque exarsere, quæ licet quandoque compressæ viderentur, nunquam tamen omnino restingui potuerunt: sed aliis atque aliis locis emergentibus, ita demum longe lateque furor ille armorum processit, ut nulla fuerit Romanæ Ecclesiæ provincia, nulla civitas, nullus denique locus, in quo non sit aliqua ex parte laboratum. Et ne nimis longe repetatur historia, pacatis Cisalpinæ Galliæ rebus, Franciscus Sforcia ægre ferens copiarum imperium a Philippo jam antea Picinino demandatum, et si futuræ affinitatis spem sibi a Vicercomite factam videbat, non potuit tamen ferox juvenis stomacho temperare, sed ab eo post longam efflagitacionem exauctioratus, quasi Renati Regis partibus militatus, qui de Neapolitani regni possessione acri bello cum Alphonso Rege disceptabat, ex Gallia cum duobus milibus equitum ingentique peditum robore profectus, per Flaminiam in Picœnum agrum tumultuose erupit: ubi ita pacata omnia præsidioque nuda offendit, ut post multam prædam & rerum agrestium rapinas, urbes, vicos, arces, omne denique Picœnum nomen, partim vi, partim voluntaria ditione subegerit. Præstitit ea expeditio commodissima Sforcianis hyberna. Sub vernum tempus Picininius (cui Sforciæ successus semper suspectissimi fuere) Philippo auctore, ad opprimendos illius conatus ex Gallia profectus cum mille lectis equitibus, quasi saluberrima, quæ in agro Senensi sunt, balnea frequentaturus, in Hetruriam venit. Inde per internuncios cum Nicolao, cognomento Stella; egit, ut collatis in unum copiis, rem communi consilio in Pontificem & Sforcianos gererent. Tenebat Stella per id tempus aliquot oppida urbi circumjecta, Eugeniumque ex propinquuo, Columnensium factio-ne fretus, graviter infestabat. Atque ita Romanæ Ecclesiæ opes, velut ad prædam in medio reliæ, uno tempo-

*Franciscus
Sforcia Pi-
cœnum a-
grum &
Umbriæ
partem oc-
cupat.*

1434 nus (cui Sforciæ successus semper suspectissimi fuere) Philippo auctore, ad opprimendos illius conatus ex Gallia profectus cum mille lectis equitibus, quasi saluberrima, quæ in agro Senensi sunt, balnea frequentaturus, in Hetruriam venit. Inde per internuncios cum Nicolao, cognomento Stella; egit, ut collatis in unum copiis, rem communi consilio in Pontificem & Sforcianos gererent. Tenebat Stella per id tempus aliquot oppida urbi circumjecta, Eugeniumque ex propinquuo, Columnensium factio-ne fretus, graviter infestabat. Atque ita Romanæ Ecclesiæ opes, velut ad prædam in medio reliæ, uno tempo-